



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Ab Innocentio XI. Ad Innocentium XII.

Luxemburgi, MDCCXLI.

64. Ex injuncto nobis, &c. Confirmatio Litterarum Innocentii Papæ XI.
super reductione Magistrorum, aliorumque Graduatorum Ordinis Fratrum
Prædicatorum ad numerum, pro una quaque Provincia ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74849](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74849)

penitus omisso, & formâ in illis traditâ observatâ exprimerentur, & infererentur, præsentibus plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliâ in suo robore permanfuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ac plenissimè, & amplissimè derogatum esse volumus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Etiâ privilegiis Apostolicis specialibus de non excommunicando.

Publicatio in Urbe vim habeat intimatio- nis personalis.

§. 14. Aut si præfatis, vel aliis quibuscumque communitè, vel divisim ab eadem sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per Literas Apostolicas, non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem.

§. 15. Ut autem eadem præsentem Literâ ad omnium notitiam facilius deveniant, volumus illas, seu earum exempla ad valvas Ecclesiæ Lateranensis, & Basilicæ Principis Apostolorum, necnon Cancellariæ Apostolicæ, Curiaque generalis in Monte Citorio, ac in Acie Campi Floræ de Urbe, ut moris est, affigi, & publicari; Sicque publicatas, & affixas omnes, & singulos, quos illæ concernunt, perinde arctare, & afficere, ac si unicuique eorum nominatim, & personaliter intimatæ fuissent.

Transsumptorum fides.

Datum 22. Septembris 1695. P. A. S.

§. 16. Utque ipsarum præsentium Literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides tam in iudicio, quam extrâ illud ubique adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 22. Septemb. 1695. Pontificatus Nostri Anno Quinto.

J. F. Card. Albanus.

Publicatio per affixio- nem.

Anno à Nativitate Domini Nostri JESU Christi millesimo sexcentesimo nonagesimo quinto, Indictione tertiâ, die verò vigesima quarta Septembris, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & Domini Nostri, Domini INNOCENTII Divinâ Providentiâ Papæ XII. Anno Quinto: Supradicta Constitutio affixa, & publicata fuit ad valvas Ecclesiæ Sancti Johannis Lateranensis, Basilicæ Principis Apostolorum, & Cancellariæ Apostolicæ, Curiaque generalis in Monte Citorio, Acie Campi Floræ, ac in aliis locis solitis, & consuetis Urbis, per me Gregorium Stragium ejusdem Sanctissimi Domini Nostri Papæ Curso-rem.

MARCUS AURELIUS PELLICIA

Magister Curforum.

LXIV.

Confirmato Literarum Innocentii Papæ XI. super reductione Magistrorum, aliorumque Graduatorum Ordinis Fratrum Prædicatorum ad numerum pro unaquaque Provincia stabilitum, ac super aliis eundem Ordinem respicientibus provisionibus editarum, cum annulatione forsan gestorum adversus illarum formam.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium à desiderio promovendi institutionem disciplinæ regularis.

EX injuncto Nobis cœlitus Apostolicæ servitutis munere ea, quæ à Romanis Pontificibus Prædecessoribus Nostis promovendæ inter Christianos, Divinis obsequiis sub suavi Religionis iugo mancipatos, Regularis disciplinæ studio sapienter disposita esse noscuntur, ut solidiori robore perennent, Apostolici muniminis Nostri præsidio

libenter constabilius, ac aliâ desuper sollicitudinibus, & providentiæ Nostre partes interponimus, sicut conspiciamus salubriter in Domino expedire.

§. 1. Aliâ siquidem super reductione Magistrorum, aliorumque Graduatorum Ordinis Fratrum Prædicatorum ad numerum pro unaquaque Provincia dicti Ordinis respectivè stabilitum, necnon super diversis aliis executionem eorum, quæ per Constitutiones, & Capitula Generalia Ordinis huiusmodi præscripta reperiuntur, potissimum respicientibus Ordinationibus, emanant à fel. record. Innocentio Papæ XI. Prædecessore Nostro Literâ in simili forma Brevis tenoris, qui sequitur, videlicet: Innocentius Papæ XI. Ad futuram rei memoriam. In supremo Militantis Ecclesiæ folio per inextinguibilem Divinæ bonitatis abundantiam, meritis licet imparibus, collocati, muneris Nostri partes esse intelligimus, ut ea, quæ Religiosorum Virorum Ordinibus in Ecclesiâ Dei piè, sanctèque institutis detrimentum adferre, regularemque in eis disciplinam perturbare noscuntur, ad æquitatis, & Justitiæ terminos reducere satagamus, sicut omnibus maturæ considerationis trutinâ perpensis, ad Omnipotentis Dei gloriam, & Religionis felitem progressum, ac incrementum salubriter expedire in Domino arbitramur. Cum itaque (sicut accepimus) Magistri, alique Graduatii Ordinis Fratrum Prædicatorum, propter assiduum ministerium, quod eis exhibetur, necnon expensas, quas Communitatibus occasione Capitulorum Provincialium adferunt, ac exemptionem à Choro, aliasque prærogativas, quibus fruuntur, Provinciis ipsius Ordinis valde onerosi existant; Et licet certus ejusmodi Magistrorum, & Graduatorum pro unaquaque Provincia numerus per Capitula Generalia dicti Ordinis, ad petitionem ipsarum Provincialium, quæ propriarum virium consilia ita ordinari desideraverant, stabilitus reperitur, cum expressa prohibitione, ne eadem Provincie alios petere valeant, neve huiusmodi numerus unquam excedatur, nisi in casu quo Magister Generalis Ordinis prædicti pro tempore existens ex aliqua urgenti causa aliter disponderet: nihilominus Magistrorum, aliorumque Graduatorum huiusmodi multitudo in dicto Ordine absque ulla urgenti causa per nimiam præteritorum Magistrorum Generalium ipsius Ordinis facilitatem, atque indulgentiam adeo excreverit, ut Provinciis prædictis intolerabilis existat, & quod pejus est, inter eos nonnulli reperiantur ad Magistrum, aliosque gradus promoti, qui officia per Constitutiones Ordinis præfati ad id præscripta non exercuerunt, sed cum quibus perinde ac si officia huiusmodi exercuissent, dispensatum fuit: Hinc est, quod Nos ejusdem Ordinis, illiusque Provincialium augmento, & commodis, prosperoque, & felici regimini, & gubernio, quantum Nobis ex alto conceditur, providere, regularisque disciplinæ vigorem tueri, & sicubi collapsus sit, restituere cupientes, Motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione Nostis, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, Magistros, aliosque Graduatios dicti Ordinis ad numerum per Capitula Generalia pro unaquaque Provincia respectivè stabilitum, ut præfatur, ita ut in eo numero in singulis Provinciis huiusmodi respectivè connumerati remaneant antiquiores tantum, qui functiones, & munera per Constitutiones, & Capitula Generalia huiusmodi præscripta realiter, & cum effectu exercuisse reperiuntur, sine ullo tamen præjudicio illorum, qui à Sede Apostolica immediate promoti sunt, quos suis prærogativis supra numerum huiusmodi gaudere volumus, tenore præsentium reducimus. Porro circa Supranumerarios à præfatis Magistris Generalibus promotos, harum serie mandamus dilecto filio moderno Magistro Generali dicti Ordinis, ut adhibito maturo Religiosorum gravium consilio, illorum qualita-

Tenor Constitutionis Innocentii XI. super reductione Graduatorum in Ordine S. Dominici.

Magistri, alique Graduatii propter ipsorum exemptiones, & prærogativas sunt oneri.

Magistrorum, & Graduatorum numerus ultra præfixum nimis excrevit.

Aliqui ex promotis non adimpleverunt præscripta Constitutionum pro gradibus assequendis.

Fit red-ctio ad numerum præscriptum in qualibet Provincia, & remanent tantum in numero, qui habent requisita, & qui immediate à Sancta Sede promoti sunt.

Supranumerarii habentes requisita gaudeant titulo, & occurrente vacatione subintrent ad numerum: iis carentes, privantur à Magistro Generali.

Prohibetur Magistris Generalibus in futurum concedere gradus supra numerum, aut exemptiones.

Revocatur Indulta à Generalibus concessa exemptionis à Choro, praeogativa loci Baccalau- rei, & vocis in Capitulis.

Decreta roborantia

tes, & sufficientiam examinet, & quatenus eos habiles, ac omnia Officia per dictas Constitutiones praescripta exercuisse repererit, illos titulo tantum gaudere faciat, quousque secuta vacatione juxta ordinem antiquitatis gradus suscepti ad frui- tionem integram praerogativarum subintrent: Si vero eos inhabiles, autmunera, seu Officia à memoratis Constitutionibus requisita non exercuisse compererit, illos Magisterio, aliove gradu, quem obtinent, omnino privatos declaret, donec & quousque studiosis laboribus meritum ejusmodi graduum respectivè sibi comparasse reperiantur. Praeterea ad evitandum in futurum Provinciarum, & Communitatum hujusmodi gravamen, praefato moderno, & futuris dicti Ordinis Magistris Generalibus in virtute Sanctae Obedientiae prohibemus, & interdiciamus, ne de cetero Magisterii, aliosque gradus supra numerum, sicut praemittitur, praescriptum conferre, nec ullam cujusvis generis exemptionem concedere audeant quovis modo, seu praesumant, illis Fratribus, qui realiter, & cum effectu laudabiliter non exercuerint illa Officia, & non supportaverint illa onera, quae juxta Constitutiones Ordinis praefati ad obtinendos gradus, & exemptiones hujusmodi respectivè necessariò praecedere debent. Ceterum, quia (sicut pariter accepimus) plurimi in Ordine praedicto reperiuntur Fratres, qui vigore gratiarum specialium à Magistris Generalibus supradictis concessarum, exemptionibus à Choro, ac praerogativis loci Baccalau- reorum, & vocis in Capitulis Provincialibus contra formam Constitutionum, & Capitulorum Generalium praefatorum fruuntur, in gravissimum dictarum Communitatum, multorumque Fratrum privatorum praedictorum; Nos opportunum his quoque abusibus remedium adhibere, & ne in futurum suboriantur, providere volentes, omnes, & singulas gratias speciales hujusmodi motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine paribus earundem tenore praesentium revocamus, cassamus, & abolemus, viribusque, & effectu penitus, & omnino vacuumus, ac in futurum dispositiones Constitutionum, & Capitulorum Generalium hujusmodi inviolabiliter observari praecipimus. Decernentes ipsas praesentes Litteras, & in eis contenta quaecunque, etiam etiam ex eo quod praefati, alive quilibet in praemissis forsan interesse habentes, seu habere quomolibet praetendentes illis non consenserint, nec ad ea vocati, vel auditi, nec causae, propter quas praesentes emanarint, sufficienter adductae, verificate, & justificatae fuerint, seu ex alia quacunque, etiam quantumvis legitima, & privilegiata causa, colore, praetextu, & capite, etiam in Corpore Juris clauso, etiam enormis, enormissimae, & totalis laesionis, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, aut interesse habentium consensus, aliove quolibet, etiam quantumvis magno, & substantiali, individuumque expressionem requirente defectu notari, impugnari, infringi, retractari, in controversiam vocari, seu ad terminos Juris reduci, aut adversus illas apositionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcunque Juris, facti, vel gratiae remedium intentari, vel impetrari, aut impetrato, seu etiam Motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus concessio, vel emanato quempiam in Judicio vel extra illud uti, seu se juvare ullo modo posse, sed ipsas praesentes Litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suorumque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocunque spectabit inviolabiliter, & inconcussè observari; Sicque, & non aliter in praemissis per quoscunque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sacrae Romanae Ecclesiae Cardinales, etiam de Latere Legatos, & Apostolicae Sedis Nuncios, aliosque quoslibet

quacunque praeminentia, & potestate fungentes, & functuros; Sublatà eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus praemissis, ac quatenus opus sit, Nostrae, & Cancellariae Apostolicae Regulae de Jure quaesito non tollendo, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non dicti Ordinis, ejusque Provinciarum, & Conventuum, aliisque quibuscunque, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; Privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis sub quibuscunque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibuscunque, etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus, & aliis quomodolibet in contrarium praemissorum concessis, ac pluries confirmatis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata, exprimentur, & infererentur, praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliis in suo robore permanfuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscunque. Volumus autem, ut earundem praesentium transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Personae in Ecclesiastica Dignitate constitutae munitis eadem prorsus fides in judicio, & extra illud habeatur, quae haberetur ipsis praesentibus, si forent exhibitae, vel ostensae. Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 20. Novembris 1677. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

§. 2. Cum autem firmiora sint ea, quibus iterata accedit Sedis Apostolicae auctoritas: Hinc est, quod Nos praemissorum efficaciae, debitaeque executioni, quantum Nobis ex alto conceditur, consulere, ac si quae illis quomodolibet adversantia forsan irreperirent, opportuna provisionis nostrae ministerio recidere, atque amovere cupientes, de Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium, & dilectorum filiorum Romanae Curiae Praelatorum super disciplina Regulari specialiter à Nobis deputatorum consilio, ac etiam Motu proprio, ac ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolica potestatis plenitudine, praesentibus Innocentii Praedecessoris Litteras, omniaque, & singula in eis contenta, & expressa tenore praesentium approbamus, & confirmamus, ac innovamus, illisque inviolabilis, & irrefragabilis Apostolicae firmitatis vim, robur, & praesidium adjungimus.

§. 3. Praeterea Motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine similibus omnia, & singula, quae live per collationem Magisterii, aliorumque graduum, seu Officiorum supra numerum in Capitulis Generalibus dicti Ordinis pro unaquaque Provincia ipsius Ordinis respectivè praefinitum, sive per numeri hujusmodi ampliationem, sive per promotionem ad eisdem Gradus, seu Officia pro locis vacaturis, sive absque petitione ipsius Provinciae per Constitutiones Ordinis praefati, ac Capitulorum Generalium hujusmodi Ordinationes requisita, sive per aliquam à Choro,

Deroga-
tiones.

Transsum-
ptorum fi-
des.

Dat. Con-
stitutionis

Ex voto
Congrega-
tionis par-
ticularis
super dif-
ficultate Re-
gulari con-
firmatur
praesentia
Constitu-
tio.

Declara-
tur nulli
gradus su-
pra nume-
rum, etiam
si per mo-
dum am-
pliationis
numeri, &
concessio-
nis ad gra-
dus, & offi-
cia vacatu-
ra, & pro-
motiones
absque pe-
titione pro

aliamve

vincia, exemptiones & prærogative indulgentiarum non adimimus, & per requisitis propriis, & non per æquipolens.

Præservantur concessionem Apostolicam cum sufficienti derogatione Constitutionis fidei. Innocentii.

Decreta roborantur cum clausula sublatâ, & decreto irritantur.

Præcipitur Provincialibus, & Vicariis Congregationum quarumvis dicti Ordinis ubique existentibus in virtute Sanctæ Obedientiae, ac sub privationis Officiorum per eos obtentorum, perpetuæque ad illa, & alia quælibet impofterum obtinenda inhabilitatis poenis, ut ipsas præfatas Litteras in suis quique Provinciis, & Congregationibus respectivè quamprimum executioni demandari, ac inviolabiliter observari, illasque in proximè celebrando Capitulo dictarum Provinciarum, & Congregationum, toto earundem præfentium tenore in Actis Capituli hujusmodi ad perpetuam rei memoriam relato, solemni publicari curent, & faciant.

Derogationes.

aliarum cujusvis generis exemptionem, aut prærogativam loci Baccalaureorum, & vocis in Capitulis Provincialibus concessam iis Fratribus, qui realiter, & cum effectu, non autem per æquipollens, laudabiliter non exercuerint, atque contempnerint illa Officia, & non supportaverint omnia illa onera, quæ juxta præscriptum Constitutionum, & Capitulum Generalium prædictorum ad obtinendos gradus, Officia, & exemptiones hujusmodi necessarid præcedere debent, sive demum per alia Indulta, & gratias id ipsum importancia contra prædictarum Innocentii Prædecessoris litterarum formam, & dispositionem hæcenus quomodolibet forsan acta, gesta, seu attentata fuerunt, penitus, & omnino nulla, inania, invalida, irrita, nulliusque roboris, & momenti esse, & fore earundem tenore præfentium declaramus.

§. 4. Et nihilominus ad majorem cautelam, & quatenus opus sit, illa omnia, & singula motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine paribus, harum serie revocamus, cassamus, irritamus, annullamus, & abolemus, viribusque, & effectu penitus, & omnino vacuumus, ac pro revocatis, cassatis, irritis, nullis, invalidis, & abolitis, viribusque, & effectu penitus, & omnino vacuis haberi debere decernimus, & pariter declaramus; sine ullo tamen præjudicio illorum Fratrum, qui dictarum Innocentii Prædecessoris Litterarum mentione facta, earumque derogatione legitime obtenta, Sedis præfate autoritate promoti, seu exempti, quomodolibet reperiuntur.

§. 5. Decernentes pariter eadem præfentes, & præfatas Litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit inviolabiliter, & inconculse observari, nec de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, aut interesse habentium consensus, aliove quolibet etiam quantumvis formali, ac individuum expressionem requirente defectu notari, impugnari, infringi, reargui, in controversiam vocari, seu ad terminos Juris reduci, aut adversus illas restitutionis in integrum, aperiitionis oris, aliudve quodcumque Juris, facti, vel gratiæ remedium impetrari, vel intentari, seu impetrato, aut etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus concessio, vel emanato quempiam in Judicio, vel extra illud uti, seu se juvare ullo modo unquam posse; Sicque, & non aliter in præmissis per quoscunque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Cardinales, & Legatos, nec non Nuncios, & alios præfatos nunc, & pro tempore existentes; Sublatâ pariter eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, Ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

§. 6. Mandantes propterea dilectis filiis Prioribus Provincialibus Provinciarum, nec non Vicariis Congregationum quarumvis dicti Ordinis ubique existentibus in virtute Sanctæ Obedientiae, ac sub privationis Officiorum per eos obtentorum, perpetuæque ad illa, & alia quælibet impofterum obtinenda inhabilitatis poenis, ut ipsas præfatas Litteras in suis quique Provinciis, & Congregationibus respectivè quamprimum executioni demandari, ac inviolabiliter observari, illasque in proximè celebrando Capitulo dictarum Provinciarum, & Congregationum, toto earundem præfentium tenore in Actis Capituli hujusmodi ad perpetuam rei memoriam relato, solemni publicari curent, & faciant.

§. 3. Non obstantibus præmissis, ac quatenus opus sit, Nostrâ, & Cancellariæ Apostolicæ Regula de Jure quæsto non tollendo, aliisque Con-

tutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon omnibus, & singulis illis, quæ in præfatis Innocentii Prædecessoris Litteris concessa sunt non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 8. Volumus autem, ut earundem præfentium Litterarum transumptis seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in judicio, & extra illud habeatur, quæ haberetur ipsi præfentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 22. Septembris 1695. Pontificatus Nostri Anno Quinto.

J. Franciscus Card. Albanus

Jubileum Universale ad denuò implorandam Divinam opem pro pace inter Principes Christianos.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Universis Christianis presentes Litteras inspecturis Salutem, & Apostolicam benedictionem.

IN sublimi Sedis Apostolicæ fastigio, meritis licet imparibus, ab æterno Pastore collocati, dum gravissimas credidi Nobis gregis calamitates paternæ charitatis studio contemplamur, ac totam ferè Europam pertinacioribus in dies bellorum motibus agitatam attentè consideramus, quod sub ipso ineuntis Pontificatus Nostri limine verebatur, actuofo jam experimento cognoscimus, & quantum in Domino licet, ingemiscimus, venisse scilicet Nos in altitudinem maris, in quo ne tempestas demergat Nos, efficere sola potest Omnipotentis Dei dextera, cui mare, & venti obedire non detrectant. Quod proinde aliis indicis publicè per universum Christianum Orbem percipibus à Patre Misericordiarum supplicii, devotaque humilitate flagitavimus, ut Christianos Principes alienissimo Republicæ tempore inter se decertantes ad pristinam concordiam revocare, eorumque consilia, & vires ad Christiani nominis tutelam contra communem illius Hostem sociare dignaretur, id nunc potissimum cum nefarius Turcarum Tyrannus diuturnis illorum discordiis illectus vires, atque animos sumit, ditionesque Christianas claudibus involvere meditatur, ferventiori cordis affectu faciendum censemus. Licet enim pro nostri Pastoralis officii debito, memores illius Nos vices gerere in terris, qui nascens ex Virgine per Cœlicos Cives pacem hominibus bonæ voluntatis annuntiavit, & resurgens à mortuis, ac ascensus in Cœlum pacem itidem reliquit Discipulis, ut & ipsi ejus imitantes exemplum pacem aliis edicerent, labia nostra hæcenus non prohibuerimus, ac Catholicos Principes, ut vocem sanguinis, qui effusus est tamquam aqua in circuitu Hierusalem ad eos de terra clamantem audirent, pluries instantes, Nec sanè inter tot rerum, ac temporum difficultates animo deficientes, etiam in posterum pro eo, quo tenemur, publicæ quietis desiderio tam salutare rei Christianæ opus omni animi contentione, studio, atque opera urgere, ac promovere firmiter proposuerimus, animamque nostram, si ita res tulerit, pro ovibus curæ nostræ commissis. Evangelici Pastoris exemplo ponere parati sumus, Nihilominus, quia probè scimus nihil profectò esse, quod sibi humana sapientia, atque industria vendicare possit, nisi Cœlestis gratiæ ope adjuvetur, ad eum, qui dives est in misericordia, concordibus Christianis precationibus impensis denuò confugere constitimus, sperantes, quod non

Fides Translun prorum.

Dat. 22. Septembr. 1695. P. A. 5.

LXV.

Exordium à consideratione totius Europæ bellis afflictæ, cui sola Dei misericordia opem ferre potest.

Narrat ad componendos Principes Christianos contra Turcas alios indicis jubileum Universale, & pluries pro Pace loquuntur, & in posterum non defuturum

Absque ope celestis gratiæ nihil ex se potest humana sapientia.

conclu-